

- 2° Peccatum mortale esse simpliciter infirmum in sua utilitate ;  
3° Tandem teneri unumquemque, statim post commissum mortale, recurre-  
Vari saltem per actum contritionis perfecte.

Hæc audiens quidam laicus parochum adit et querit an hæc omnia sint  
vera et certa ?

Sempronius parochus discooperit quendam baptismum solemniter a se  
collatum, evidenter nullum fuisse propter defectum materiae necessariae; inde  
cogitat de reiterando baptismo, sed anxius querit :

- 1° An ceremoniæ baptismi sint de præcepto gravi ?  
2° Ad sint reiterandæ in casu ?

MENSE JULIO.

Sempronius parochus, dum pueros ad primam communionem preparat,  
dicit eos teneri postulare a parentibus, vel vicinis, condonationem damnorum  
illorum per furta minuta esulentorum, fructuum vel alio modo. In concione  
quam facit die communionis, vehementer insurgit contra sacrilegam communi-  
onem, et narrato exemplo miserimi Judæ, sub terribilibus minis prohibet ne quis  
peccati conscius non declarati in confessione, ad sacram mensam audeat accedere.

Anno sequenti, dum parochiani exercitiis spiritibus vacant, Sempronius  
audit confessionem duorum ex his pueris, quorum unus confitetur se sacrilege  
primam communionem suscepisse, quia ausus non fuerat rogare a quodam vicino  
condonationem duorum pomorum que olim furatus fuerat a pomario; alter vero  
dicit se, audiendo concionem habitam ab ipso in die primæ communionis, statim  
recordatum fuisse mendacium quoddam jocosum in confessione oblitum, nec  
tamen ausum fuisse e loco discedere ad illud confitendum, et ita, licet reclamante  
conscientia, ad sacram communionem necessisse.

Hæc audiens Sempronius in ra se anxius querit :

- 2° An adsit obligatio petendi condonationem damnorum et furorum,  
quando aliter restitui non potest, ut solent in pueris ?  
2° An expedit semper de hac petitione condonationis loqui pueris ad  
primam communionem sese preparantibus ?